

n. 112: Symon (päpstlicher Scriptor) im Dienste des Thomas v. Capua teilt dem Briefempfänger mit, daß in seiner Streitsache mit Kaufleuten dieser Kardinal zum Auditor ernannt sei, und drängt auf rechtzeitige Sendung eines Prokurators.¹

Visis litteris, que super facto appellacionis a vobis et ab episcopo tali venerunt, noluit^a, quod promoveretur peticio, quam in litteris vestris Symoni, plantule vestre, misistis inclusam, eo quod nolebat, quod causa vestra discuteretur in curia et ab episcopo removeretur omnino. Super qua causa ipse dominus meus a domino papa datus fuit auditor, coram quo mercatores comparuerunt frequenter, proponentes compositionem factam de mutua coram domino T. cardinali.

Audita vero intentione ipsorum dictus cardinalis nuncium vestrum, qui non poterat esse in causa sine pleno mandato in termino prefixo, remisit. Unde, si placet dominationi vestre sic mittere nuncium cum sufficientibus expensis, festinet, ne propter moram vestram dicti mercatores habeant occasionem aliquam impetendi et de domino meo, qui vobis libenter assistit^b, formandi querelam.

Qualiter iam predictus dominus pro facto vestro laboraverit et qualiter fecerit de litteris, quas domino pape misistis, poterit^c vobis lator presencium, vir industrius et satis sollicitus circa negocia sibi commissas^d, hec et predicta^e sermone vel viva voce^f plenius, quam ego litteris explicare.

112. ^a) Als Subjekt ist zu denken dominus meus; vermutlich fehlt der Briefanfang. ^b) assistit R ^c) So wohl statt prout R ^d) Hier folgt poterit R, was wohl vom Abschreiber ergänzt, weil er das obige in prout verlesen hat; vielleicht ist aber auch das doppelte poterit in den Text zu setzen. ^e) predicto R ^f) vel viva voce ist vielleicht glossierender Zusatz.

¹) Vermutlich handelt es sich hier um eine Phase des langen Schuldprozesses, der sich zwischen dem Metzger Bischof Johann von Aspremont (1224–38) und römischen, sienesischen und Metzger Kaufleuten an der Kurie abgespielt hat, in dem Thomas von Capua zeitweilig als Auditor bestellt war und durch seine Vermittlung einen gültlichen Vergleich zustande brachte (Reg. Greg. IX. ed. Auvray n. 3714 u. 3877 v. 30. Mai 1237), von dem es freilich später heißt, er sei *non tamen absque ipsorum mercatorum gravamine* geschlossen (Reg. Greg. n. 4834 v. 26. April 1239). Für eine sichere Identifizierung der beiden Rechtsfälle reichen die Anhaltspunkte nicht ganz aus.